

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Mantzel

**Programma, Quo Rector Academiae Rostochiensis, M. Johannes Mantzel ... Dn. Victoris Friderici Giesenagen/ Scholae Oppidan. Collegae Classici, & Cantoris ad Nicolai Laudatissimi, Funus indicit, & ad eundum Exequias, a Vidua moestissima hodie parandas, Cives Academicos ... invitat : [P.P. Sub Sig. Rector d. 3. April. A.O.R. MDCLXXVIIIX.]**

Rostochii: Keilenbergius, [1678]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756280826>

Druck    Freier  Zugang



Mantzel, J.,

in V. F. Giesenagen.

R. 1678.

8.



S



47.

PROGRAMMA,  
QVO  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
**M. JOHANNES**



*Mangels/*

Gr. Lit. P. P. & Fac. Philos. hodie  
DECANUS,

*Viri Clarissimi atq; Doctissimi,*

**DN. VICTORIS FRI-  
DERICI Giesenhagen/**

Scholæ Oppidan. COLLEGÆ Classici,  
& CANTORIS ad Nicolai Laudatissimi,

Funus indicit, & ad eundum Exequias,  
a VIDUA mœstissimâ hodie parandas,

**CIVES ACADEMICOS**  
omnium ordinum,  
per amanter atq; officiose  
invitat.



**ROSTOCHII,**  
Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.



*N*nnulla rectam vehementer, tam  
pertinaciter, tam obnoxie & conter-  
tiosè fidei Christianæ, sicut de car-  
nis resurrectione, contradicitur. Hæc  
sanè gravissima Augustini, serm. 2.  
in Psal. 88. querela est: qvæ qvam  
vera sit; ex non unis Scripturæ  
Scriptorumq; Ecclesiasticorum  
locis de facili animadverti probariq; potest. Non enim  
gentiles solum hanc de resurrectione, doctrinā conf. Act.  
17, 32. ἐχλέναζον, ac sannis sibilisq; turpisimè exceperū;  
verum; qvōd mirandum, in media Ecclesiā, qui strenue  
illi contradixerint, minimè defuerunt. De Sadducæis ex  
Evangelistis & Josepho 1. 2. B. Jūd. c. 7. res certa est;  
idemq; docuisse Arabicos; qvos θητψυχίτας exinde vo-  
cat Damascenus; ex Eusebio Augustinus ad Qvōdvult-  
deum, hæres. 8; attestatur. Imò post tetusos ab Apostolo  
Hymenæum & Philetum; de qvib[us] 2. Tim. 2, 17. 18.  
qvōd resurrectionem mortuorum jam adimpletam esse  
somniaint, scribitur, in ipso Christianorum cœtu, qui  
vel omnem, vel ejusdem carnis resurrectionem obstina-  
tiissimè negaverint; nonnulli semper sunt reperti. Se-  
culum qvippe primum, Saturninum Antiochenum & Ba-  
silidem Alexandrinum, apud Irenæum lib. 1. c. 22. seq. ha-  
buit: In secundo, Valentini & Marcion, apud eundem  
ibid. c. 29. fuerunt. Tertium, Manetem, vel, aliis, Mani-  
chæum ap. Cyrillum Hieros. Catech. 14. vidit, ubi origo  
simul tam fœdi illius erroris additur; qvōd nempe resur-  
rectionē Servatori Christi cum asseclis suis fuerit infi-  
ciatus: μέγεισθιεον Μαριχαῖον λέγεται φαῦμοιόν καὶ σούαλην  
τὸ Γαρῆνον τὴν αὐάστον γεγονέναι: ad hunc usq; diem Manichæi  
phantasmam dicunt, & non veram fuisse Salvatori resurrectionem

*cionem.* Eodemq; modo in subseqq. qvoq; seculis Con-  
tradicentes impugnantesq; Hæretici plures exorti sunt,  
de qvib⁹ tamē in præsens, obtemporis ac paginarum an-  
gustiā nihil scripserim. Id magis mirandū est, vel ipsos Or-  
thodoxos aliās Ecclesiæ Episcopos hanc de resurrectione  
bujus corporis ventilatam quæstionem non leviter exercu-  
isse. Synesius enim, Cyrenensium in Africa Episcopus,  
Epist. 105. de se fassus: τὴν καθαριλημένην ἀνάστοσιν ιερόν πικῆ  
ἀπόρρητον ἡγεμονίαν πολλὰ δέω, ταῖς τε πάσῃς ὑπολήψεσιν ὁμολο-  
γηταί, diu secum ipse circa hunc articulum creden-  
dum luctatus est, &, testante Photio in Bibliotheca N. 26.  
& Evagriō Scholasticō lib. i. c. 15. episcopatus jugo colla  
submisit, qvamvis resurrectionis dogma nondum aut ad-  
mitteret, aut profiteretur. Tam durus scil. nodus, hic de  
carnis nostræ mortuorumq; resurrectione articulus, sem-  
per fuit! Ast unica Servatoris nostri Resurrectio, unicum  
qve Angelicum illud: ἡγέρθη, resuscitatus est, Matth. 28, 6.  
ad totum hoc negotium feliciter conficiendum, omnibus  
qve contradicentibus os masculè obturandum, satis su-  
perq; est. Si enim de illa constat, uti revera, qyem admo-  
dum heri, nudiū tertius quartusq; per ferias Paschales, ex  
habitib concionibus perceperimus, constat, nostræ qvoq;  
resurrectionis certitudo exin ultrò juxta ac necessario se-  
qvetur. Membra namq; naturaliter caput suum comi-  
tantur: cumq; caput nostrum resurrexerit, & nos, qui  
capitis nostri membra sumus, certissimè resurgemus. Ita  
Apostolus 1. Thess. c. 4, 14. *Si credimus JESUM mortuum  
esse, & resurrexisse, Deus etiam eos qui obdormiverunt per  
JESUM, adducet cum eo.* Præterea Victoria Iesu nostri,  
victoria nostra, illiusq; triumphus, triumphus noster  
est, ut jam cum Paullo ex 1. Cor. 15. *Alsorpta est mors in  
Victoria. DEO gratias, qui dedit nobis Victoriā per Dominum  
noscum JESUM CHRISTUM, pia gaudio exclam-*

man-

mantes, de hoc Victore atq; Triumphatore nostro: unicè  
nobis, & qvām maximè gratulemur. Omnes ad unū pī hoc  
ipsū faciunt: exemplū tamē istiusmodi gratulantū pror-  
sus insignie noster quoq; beatiss. VICTOR, VICTOR FRI-  
DERICUS Giesenhagen/ Coll. s. Clast. & Cant. ad S. Nicol.  
laudatissimus, qvem o πειτόνης ἐκ τῶν νεργῶν καὶ ἀπερχὴ  
τῶν πεικοίμημένων per placidiorem ἀνάλυσιν paucos ante dies  
mundanis miseriis eripuit, sese semper exhibuit. Qvām  
qvælo gratulari sibi de suo JESU solebat pia hæc anima! !  
Certe vel solo hoc nomine hic Vir optimus meretur, qui  
& in busto suo, cineribusq; suis audiat optimus: Sed cū  
& alia sint, qvæ famam ac memoriam ejus de meliore no-  
ta comprehendare posteritati possint, etiam de illis, nō tam  
mōri & consuetudini, qvām veritati velificaturi, non ni-  
hil subnectemus. Natus scil. hic μαραρίγης Noster est die  
is. Junii, A. O. R. C. 10. 42. Parchimi, Ducatus Meck-  
lenburgensis, tum aliunde, tum qvòd Serenissimorum  
Principū Mecklenburgicorum Provincialis judicij sedes  
sit, celebri oppido. Patrem habuit, Virum pl. Reveren-  
dum atq; Clarissimum, Dn. ULRICUM Giesenhagen/ Pa-  
storem & Superintendentem Parchimensem bene meren-  
tissimū; Matrem vero ANNAM Stralendorffs/ Matro-  
ham simul virtute & origine Nobilissimam. Avus pater-  
nus ipsi fuit Vir pl. Rev. atq; Clar. Dn. FRIDERICUS Gie-  
senhagen/ Serenissimæ Principis Mecklenburgicæ, Gra-  
boæ Residentis, Concionator Aulicus Vigilantissimus;  
AVIA paterna, SOPHIA Giesen/ præclaræ Virtutis pieta-  
tisq; Matrona; Avum maternum sortitus est Virum Ge-  
nerosâ Nobilitate Stenuum Dn. VICKE Stralendorff/  
in Nobilibus Provinciæ hujus notissimū; Aviam mater-  
nem, MAGDALENAM Hoben/ Nobiliss. & ex domo Mö-  
deris generosam prosapiam ducentem Feminā. Proavus  
paternus fuit Vir pl. Rev. atq; Clarissimus, Dn. ULRICUS  
Gie

Giesenhagen / Pastor Ecclesiae Gustoviensis fidelissimus.  
Proavia paterna, CATHARINA Schröders / Matrona longe honestissima. Proavū mat. laudat Virū Nobil. & maximē  
strenuū DN. WESSELUM Stralendorff / Eqvitē Mecklēburgi-  
cū. Proaviā maternā, ELISABETHAM Peterstorffs / ex Ve-  
tusta itidem nobiliq; familia ortam Feminā. His honestis-  
simis atq; avitā Nobilitate Clarissimis Parentibus Major-  
ribusq; qvibas ex materna præcipue linea longe plures  
adhuc addi, si libuisset, potuissent, PIE FUNCTUS NO-  
STER satus fuit, atq; progenitus, Cūm autem solum nasci  
non sufficeret, sed hic in peccatis natus conceptusq; filius  
lavacro regenerationis & renovationis Spiritus S, impri-  
mis indigeret, Parentes ejus de salutari isto remedio, cuj⁹  
beneficio Catholica Ecclesia insertus, in numerum cœ-  
lestis Reipubl, civium cooptaretur, continuo, uti eqidē  
par erat, fuerunt solliciti, eaq; ratione utriusq; Avi, nempe  
VICTORIS FRIDERICI nomen, in gratiam eorundem re-  
cordationem, ipsi fuit impositum. Optassent etiam, hunc  
suum filiolum, ab ineunte statim ætate, per omnes ejusdē  
gradus, in pietate & vera Dei agnitione sedulō educare;  
est, qvæ nostra hominum est fragilitas, cūm idem vix so-  
ret anniculus, Mater, disponente ita summo Numine, vi-  
ta abiens, omnem tenellæ prolixis curam in Maritū trans-  
fert, & nec ipse, nisi per biennium, relictō filio trimulō, de-  
functa conjugi supersticat. Quid ergo misellus hic No-  
ster, à mītā tunc temporis atq; à wārāg, faceret? actum  
prorsus de ipso, accuratioreq; ipsius educatione fuisset, nī  
DEUS, qui Orphanorum Tutor Protectorq; est, Charissi-  
mam Aviam, Magdalenam Hobell / in vivis aliquantisper  
conservasset. Sed hæc Nepotem suum, ad se réceptum,  
domi suæ aluit, nihilq; eorum, qvæ ad ejusdem educatio-  
nem, & informationē facere poterant, unqvā intermisit,  
modò ipsi divina clementia longiorem vitam concedere  
voluisset; at, ò reru in humanarum incertitudinem! &

ij:lam

ipsam novenni puero, cum incomparabili fortunæ rerumque ejus detimento, mors eripuit, ut Noster, amicis suis sanguineq; junctis planè orbatus, ac relictus, à Tutoribus in patriam revocari opus habuerit, ludoq; literario Parochimensi, publicisq; ejusdem Magistris informandus fuerit traditus. Apud quos certè per integrum illud, quo inibi fuit, quinquennium, eum sese gessit, ut & literas ipsas alacriter arriperet, & singulari pietate ac modestiâ mirificè se commendaret, nec non convenientibus officiis omnes & singulos exhilararet. Qvam illius industriam modestiam atq; obedientiam, cum in ipsum optimè animati Tutores non sine gaudio animadyerterent, manibus pedibusq; obnixè id egerunt, ut per salutarem transplantationem arbusculæ huic, qvam optimè fieri posset, consuleretur, Gustroviūq; ipsum ad studia feliciter ibidem continuanda ablegarunt, ubi etiam per triennium, literis styloq; præprimis exercendo invigilans, simul & Præceptorum amorem diligentia & obsequio largissimè meritus, Pædagogus ipse, seu aliorum puerorum informator, commoratus est, Gustroviō relictō, in Pædagogio Regio Sedinensi per annum, in Ulyssænsi itidem per annum, & Hildesheimensi per septenium laudabiliter subdit, omniq; studio, ut, curriculo studiorum trivialium absoluto, diligenti cultura ad excipiendas in Scholis superioribus seu Academiis superiores disciplinas, redderetur idoneus, allaboravit. Sic anno ætatis suæ tertio & vigesimo, Deo ita volente, Academiam hanc nostram ingressus est, omnesq; ingenii sui nervos per aliquam multos quæsibus hic vivere placuit, annos, publicas pri- vatasq; Dan. Professorum prælectiones diligenter fre-quentando, in id intendit, ut fundamenta humaniorum literarum, in Scholis Gymnasiisq; non infeliciter posita, ulterius altiusq; perduceret. Verum prout istiusmodi orpha-

orphanis, qui in tenella aetate Parentibus Cognatisq; de Ecclesia ceteroqui vel Republica quam optimè meritis orbantur, solet accidere, quod, preprimis quando ipsi res non adeò lauta est, ut plurimum negligantur, atq; sic quam valent, non quam volunt ratione, prospicere sibi ipsi teneatur, liberis Civium instituendis operam navare coactus est, tamq; sedulò & fideliter navavit, uti arduæ isti & permolestæ functioni non vulgari cum laude praesuerit, & spartæ tandem abiens, ingens apud discipulos, ipsorumq; parentes sui desiderium reliquerit; ac ægre, bonâ tamen cum gratia, fuerit dimissus. Quæ causa etiam fuit, quod Ampliss. & Prudentissimus hujus urbis Senatus, cum defideliali quo Quintæ Classis Praeceptore, & idoneo Cantore Nicolaitano foret sollicitus, præviâ maturâ delibera-  
one, hunc Nostrum ante omnes, præcipue quod is artem simul Musicam ex ase novisset, & in canendo aures audientium singulare quam dulcedine demulceret, idque A.O.R. 1671. paullò post finitas ferias Paschales, elegerit. In quo officio suo quis fuerit, aut quem se gesserit, tota novit Civitas, immo & nos novimus. Cum enim Scholæ, definiente eas Basilio, sint παιδευτήρια τῆς θεογνωσίας, καὶ ψυχῶν παιδευτάκα λογιών, in eo, diligentí informatione, totus fuit, ut, quantum in se esset, etiam nostra Schola ejusmodi παιδευτάκα foreret καὶ παιδευτήριον. Et quamvis sors ejus laboriosior magis quam splendidior fuerit, tamen se illò Erasmo intentidem solabatur. Non sordidam, sed præclaram functionem putes, primam etatem tuorum civium optimis literis & Christo statim imbuere, totum probos & integrros viros patriæ reddere. Ipsi ex ore aliquot Dan. Collegarum eius audivimus, quam magnus osor desidiæ aut ignorantiae fuerit, quam justo semper tempore discipulis suis in Schola & templo adfuerit, quam prudenter quamq; fideliter ipos rexerit, immo, quod vel ipsorum Dan. Scholar-

chæ

charū judicis de Schola deq; discipulis qvām optimē sit merit⁹. O quale  
hoc est, quantiq; estimandū encomium! Ad qvod accedit, qvōd cū Col-  
legis suis, qvos Fratrum instar amabat, concors semper tranquillusq; ve  
xixerit; eo profecto nomine nunc in acerbo omnes luctu sunt, optimū.  
que Collegam suum qvā maximē sed neqvicq; desiderant. Et qualis  
erga Collegas, talis qvōq; erga qvoscunq; mortalium erat alios: Concor-  
diā etenim innocentia & patientia bene fermentatam optimum fran-  
gēndis vel ferendis iniūcīs esse remedium non nesciebat. Ante omnia  
verò in Conjugio suo cumq; Conjuge sua sese tanquam strenuum Pacis  
Concordiaq; cultorem semper exhibuit: ex iſlo enim tempore, qvo cum  
lectissima Virginum, nunc molestissima proh dolor! Viduarum, Mariae  
S. Cässers/ coniubiale foedus inīit qvodq; in ineunte anno 1672. Oct. in-  
cidit, dulcissimum hoc Conjugum par tam dulce ac concors vixit, ut, qvōd  
nunq; parentur, in gratiā nunq; redierunt. Nec sterilis hic torg fuit;  
tres enim liberos, qvorū nōimna Alexander Fridericus, Ullricus Frideri-  
cus, S. Anna Maria sunt, protulit: Ex qvibus filiola turbato ordine,  
ante Patrem decima post natalem hebdomade obiit filii verò per D EI  
gratiā adhuc in vivis sunt & optimum Parentem suū acerbissimē  
cum matre tristes plorant. Qvamvis autem terrepus Pater Ma-  
ritusq; obierit, vivit tamē vivetq; coelstis: ēvōēβēaw nālēas r̄t̄ dāw̄,  
Generationi Rectorum benedicetur. Imò meminisse convenit illius:  
μὴ δεοραχέει μήτε ἀεράγειν τῷ πεάγυμαν χαριώνως ἐτέρης, τὸς δὲ  
ἀναγκαῖς Φέρειν. Dominus providebit. Sed ut de morbo morteq; No-  
stri aliquid etiam dicamus, Ipsi Domina Judica, dum suo in templo fū-  
geretur officio, horrore aliquo febri, ut tamē subsequenti Luna die discipulis  
suis, qvamvis non citra molestia, adfuerit corruptus est. subsequente verò qvintā  
feriā, invalecente morbo, Vir Excellentiis. atq; Experiens. Dn. Joh. Bacmei-  
ster. Med. D. & P.P. celeberr. Coliga atq; Affinis nōster Honoratis, ascit⁹ est,  
qui qvidē exqvitiss. pharmaci, qvā diligenter deambenti succurrit, per-  
tinaciss. tamē malum, morbusq; eradicare minimē valuit. Animadvertens igit̄  
tur nōster spem omnis sanitatis decollasse, uti erat piissim⁹, mente ad unum  
deum flexa, Confessionario suo, Viro Admod. Rev. & Clariss. Dn. M. Remberto  
Sandhagen / Past. Nic. Min. Sen. & Dir. Dn meo Compatre & Socero hono-  
rat. atq; dilect., post devotiss. Confess. largissimāq; consolat, corpus & sanguine  
J.C. petuit qvod, cū impetrasset, seq. d. 2. Mart. conjugēsu liberosq; chariss.  
deo altiss. inter alia his emphaticis verbis usq; filiū mēs Deū Patrē, Filiū & Sp. S.  
Tutores constituo, nullus dubitās, illū ip̄sī Tutores in hīc terrīs constitū, commēda-  
vit, atq; sic brēvi post inter 1& 2. p.m. placidiss. pariter ac beatissimē citra ul-  
lū dolorūndicium, annū agens 36. expiravit. Vestrū itaq; erit Cives Academiae  
Opt. Civī vestro freq. ire exeq; qvod ut pr̄emptē faciat, & ipsa Pietas monet, &  
Nos seduloq; Vos officiosēq; hostianur.

P.P. Sub Sig. RECTOR. d. 3. April. A. O. R. M DCLXXVII.

1650 9590










Orphanis, qui in tenella aetate Parenti Ecclesia ceteroqui vel Republica quā orbantur, solet accidere, quod, praepares non adeo lauta est, ut plurimum nō quā valent, non quā volunt ratione, teneātur, liberis Civiū instituendis operest, tamq; sedulō & fideliter navavit, umolestae functioni non vulgari cūm spartā tandem abiens, īgens apud disparentes sui desiderium reliquerit, ac cum gratiā, fuerit dimissus. Quā cau Ampliis, & Prudentissimos hujus urbis fideli aliquo Quintā Clavis Praeceptore Nicolaitano foret sollicitus, prae visione, hunc nostrum ante omnes, prae simul Musicam ex aſſe novisser, & in cantrium singulari quādam dulcedine d. A. O. R. 1671. paullō post finitas ferias. In quo officio suō quis fuerit, aut quā novit Civitas, imò & nos novimus. C definiēte eas Basilio, sint παιδευτήρια τῶν διδασκαλίας λογιών, in eo, diligentius fuit, ut, quādām in se esset, etiam mōdi διδασκαλίας foret καὶ παιδευτήριον. Elaboriosior magis quādām splendidior fu Erasmicō identidem solabatur. Non solum functionem putes, primā aetatem tuō literis & Christo statim imbuerē, totq; pro patria reddere. Ipsi ex ore aliquorum eius audivimus, quādām magnus oscula viā fuerit, quādām justo semper tempor Schola & templo adfuerit, quādām prudenter ipso rexerit, imò, quod vel ipsori



isq; de  
meritis  
lo ip̄is  
atq; sic  
ibi ip̄is  
oactus  
& per-  
erit, &  
rūmq;  
tame  
, quod  
um de  
o Can-  
libera-  
artem  
s audi-  
idq; ve  
gerit.  
, tota  
cholæ,  
γεψ  
ne, to-  
la ej⁹.  
ors ej⁹  
se illō  
præcla-  
optimis  
ros bi-  
allega-  
tignas  
luis in  
; fide-  
nolar-  
chæs